



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INSTITV=||TIONVM IVRIS CA-||NONICI LIBRI|| QVATVOR.||

Cucchi, Marco Antonio

Coloniae, 1564

VD16 ZV 4150

Sponsalibus. ix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62908)

statutæ sunt, quas aliunde cognoscere quis potest. Sed & sacerdos parochus, qui huiusmodi cōiugationibus obuiam ire neglexerit, & quilibet regularis, qui eis interfuerit, per triēnium ab officio suspenduntur, grauius etiam puniēdi, si culpæ qualitas postularit. *dd*

*dd c. fi. §.
fin de clan-
dest. de spō.*

*ce c. Eu-
themiū. §.
i. ii. q. iii.*

*ff tot titu.
de secun.
nupt.*

*gg cle. di-
spēdiosa. m.
de iudic.*

Altero autem coniugum morte sub-
blato, ubi certum nuntium de hoc fue-
rit allatū, superstiti licebit ad alias nu-
ptias transire. Nec mulierem infamie
metus deterreat tempore luctus à Cæ-
sareis legibus nubenti præfixus. *ce* In
secundis nuptijs & si coniugum alter
dūtaxat bigamus sit, neutri tamen eo-
rum à presbytero benedicendum est.
Presbyter hæc præcepta nō obseruans
ab officio, & beneficio suspenditur. *ff*

In causis super matrimonijs verten-
tibus, vel eas quoquo modo tangenti-
bus, proceditur simpliciter, & de pla-
no, sine strepitu, & figura iudicij. *gg*

De Sponsalibus.

Tit. XI.

Admonet nos tractatus de matri-
monio modò à nobis habitus, vt
hoc loco aliquid etiam de sponsalibus
dicamus: quæ licet matrimonium in

con-

gnoscere
arochus,
s obuiam
laris, qui
b officio
puniendi,
norte su-
hoc fue-
alias nu-
infamiz
us à Cæ-
us. ce In
um alter
men eo-
dum est
bferuans
ditur. ff
s verten
angenti-
& de pla-
ij. 55

contrahendo præcedant, nos hîc tamen
idcirco postponenda existimauimus, ne
matrimonium à cæteris sacramentis hoc
titulo interposito diuideremus.

Sunt igitur sponsalia mentio & re-
promissio futurarum nuptiarum, & à
spondendo dicta sunt. nam moris fuit
veteribus stipulari & spondere sibi vxo-
res futuras, vnde & sponsi, sponsæque
appellatio nata est. ^a eisq; constituen-
dis, vel nudus consensus sufficit. ^b Vn-
de qui de matrimonio contrahendo
purè & sine aliqua conditione fidem
dederunt, commonendi sunt, & omni-
bus modis inducendi, vt præstitam fi-
dem obseruent, si autè se inuicem ad-
mittere noluerint, (ne fortè peiora in-
de contingant) vt eam scilicet ducat,
quam odio quis habet, videtur, quod
ad exemplum eorum, qui societatem
fide interposita contrahunt, & postea
sibi inuicè remittunt, hoc possit æqua-
nimitè ferri. ^c

Ex sponsalibus, (vt etiam titulo su-
periore docuimus) oritur publicæ ho-
nestatis iustitia, si purè contracta sint,
& consensus non defuerit, quamuis
alioqui frigiditatis, consanguinitatis,
vel affinitatis impedimentum nuptijs
I obsta-

*a l. i. ii. C.
iii. de spon-
sal.*

*b l. sufficit.
ff. de spons.
ca. sufficit.
xxvii. q. ii.*

*c c. ii. cod.
titu.*

d c.iiii. c.

iuuenis. c.

* ad audien-
tiam. eo. ti.

tu. c. i. &

in vi.

e c. antes

penul. &

c. fin.

f c. sicut ex
literis.

obstaret. d Si verò sponsalia etiam car-
nis commixtio fuerit subsequuta, iam
matrimonium iuris interpretatione cen-
sebitur, at si duntaxat ad copulam enisi
fuerint, nec perfecerint quod cupie-
bant, ex hoc haudquaquam matrimo-
nium censetur contractum. e

Illud non ignorandum est, sponsa-
lia ad futuras nuptias preparandas tan-
quam exordium premissa (& si iurata etiam
sint) per aliud tamen matrimonium præ-
sentibus verbis perfectum dissolui. f

Aetas sponsalibus contrahendis ap-
ta est post septem annos.

De desponsatione impuberum.

Tit. X.

Quia circa impuberum sponsalia,
quædam iura præcipua seruan-
tur, idcirco de his hoc speciali titulo,
quam brevissimis verbis poterimus di-
cendum est. Impuberes igitur matri-
monium contrahere non possunt, quod
etiam superiore titulo docuimus. &
impuberes dicuntur, qui propter æta-
tem generare non possunt. magnæ ta-
men alicuius necessitatis causa, puta
pacis conciliandæ, quandoq; talis con-
iunctio concedi solet. a

a c.iii.

Spon-